

2995 Anxani aes repertum esse iam inde cognovimus, quod BORGHESIVS (in epistulis ad Amatium opp. vol. 6 p. 93 seq., p. 100 seq.) tabulam appellat *l'onesta missione Lancianese*. Antea Teatinum credebatur, propterea quod *tavola Teatina* appellatur a ROSSIO (vide infra) et inter epigrammata Teatina legitur apud RAVIZZAM; sed id factum est non propter aeris, sed propter militis originem Teatinam. *Trouvé à Chieti l'ancien Anxanum* RENIER dipl. p. 1 (cf. adnotationem eius ad Borghesium opp. 6, 93) errore, quem a tali viro non expectaveris. Suum aes esse ait RAVIZZA (in epistulis ad Gervasium opp. ms. vol. XXIII d. 9. 12. 29 Mart. 1824); extare apud Ioh. Camillum Rossium CARDINALIVS.

intus: tabella prior.

PI ANI NEPO
RTHICI PRONEPO
AB NEPOTES
I MILITAVERVNT
5 FORIS DECEM I II
IX X · ET VRBANIS
I XIV SVBIECIMVS
PIE MILITIA FVN
S CONVBI DVM TAXAT
10 IMIS VXORIBVS
INI IVRIS FEMINAS
VN XERINT PROIN
IT AC SI EX DVOBVS
ATOS

extrinsecus: tabella prior.

LIS ET PRIMIS VXO a. 161/9
AM SI PEREGRINI IVRIS
ATRIMONIO SVO IVNXE
INDE LIBEROS TOLLANT
5 VOBVS CIVIBVS ROMANIS
D PR NON MAI
CELSO PLANCIANO
IDIO CASSIO COS
H X VRB
10 F · ARN · APOLLONIANO TEATE
ET RECOGNIT EX TABVL AER
ST ROM IN MVR POST TEMPL
VG AD MINERVAM

Initio versum addit, in quo esse dicitur ... II · DIVI Card. — 4 DRIANI 4 in. NDE Rav.
Card., D · ANI Rav. — 4 in. I om. Rav. — 6 in. III · IX · X Card., XX
Rav. — 10 IMIS Rav. — 13 ANT Card., NT Rav. — 14 ATOS Rav.

[Imp. Caesar M. Aurelius Antoninus . . . et Imp. Caesar L. Aurelius Verus patres patriae, divi Antonini f.,
divi Hadriani nepotes, divi Traiani Parthici pronepotes, divi Nervae] abnepotes
[nomina militum qui militaverunt [in cohortibus praetoris decem I. II. [III. IIII. V. VI. VII. VIII.] IX. X et urbanis
[quattuor? X. XI. XII.] XIV subiecimur, [quibus fortiter et] pie militia functis ius tribuimus conubi dum taxat [cum
singulis et primis uxoribus, [ut et]iamsi peregrini iuris feminas [m]atrimonio suo iunxerint, proinde liberos tollant, ac
si ex duobus civibus Romanis natos
[a.] d. pr. non. Mai. Celso Planciano . . . [Av]idio Cassio co(n)s(ulibus).
[co]h(ortis) X urb(anae) f. Arn. Apolloniano, Teate.
[Descrip]t(um) et recognit(um) ex tabul(a) aer(rea), [quae fixa est Rom(ae) in mur(o) post templ(um) [divi Aug(usti) ad
Minervam.

Meminit aeris Ioh. Camillus Rossi *l'arco Traiano* 3 (1816) p. 376 his verbis: *Abbiamo per le mani un prezioso frammento inedito di tavoletta di bronzo, che . . . stiamo al meglio supplendo ed illustrando, item in adnotatione: questo argomento sarà più sviluppato nella così detta 'Tavola Teatina', che siamo per dare col divino aiuto alla luce.* Edidit primus Ravizza *epigrammi antichi di Chieti* (Chieti 1826. 4) p. 8 adiectis supplementis Borghesianis; repetivit inde Amatius *Giorn. Arcad.* tom. 35 (1827) p. 75. Scriptum exemplum, quod Amatius acceptum a Camillo Rossio Marsorum episcopo a. 1817 cum Borghesio communicavit (opp. vol. 6 p. 93), reperi inter Amatiana bibliothecae Vaticanae. Ravizza et Amatius (ms.) ab eodem exemplo pendere videntur, sed quod calamus Amatii melius expresserit quam typi Teatini; ceterum falso ait Renier Ravizzam partis exterioris non dare nisi v. 6—13, cum det integram, sicut legitur apud Amatium in schedis. Cardinalius dipl. n. 21 p. 234 scribit habuisse se a Guarinio, sed aperte expressit Amatii editionem. Idem fecit Gazzera in act. Taur. 35, 258. Dedimus Renier in syll. dipl. n. 4 et ego vol. III p. 889 dipl. XLVII.

2996 [= 5289] epistylum scriptum litteris pulcherrimis aetatis fere liberae rei publicae extremae. Anxani penes Mich. de Giorgio.

DRACO · MAG · AEDICVLAM
SIGILLA · ORNAMENTAQVE · OMNIA
LAR · FAM · D · S · P · F · C · E · DEMQVE · DEDICAVIT

Descripsi ego, recognovit Dressel. Henzen n. 5770 ex ed. 1.
Genuina est omnino.

2997 [= 5290 + 5294] Anxani duo fragmenta eiusdem tituli, rep. in fundamentis domus fratrum Antonii et Iacobi et Michaelis de Crecchio una cum pavimento operis musei BOCACHE. Extant penes Mich. de Giorgio.

divi antoniNI PII PRON. divi
hadriani abn. divi traiani · PARTHICI
et divi NERVae adn. ADDITO OPS

Descripsi ego, recognovit Dressel. Bocache ms. vol. 4.
3 litterae utriusque fragmenti eiusdem magnitudinis sunt. — Titulus ad Caracallam spectat.